Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



esse hec parabola. Quib ipe dixit. Vobis datum
est nosse mysteria regni dei: ceteris autem in parabolis
ut videntes non videant. et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei.
Qui autem secus viam sunt. hi sunt qui verbum audiunt deinde venit diabolus et tollit verbum de
corde eorum. ne credentes salvi fiant. Nam qui super
petram. qui cum audierint cum gaudio suscipiunt
verbum. Et hi radices non habent. quia ad tempus
credunt et in tempe tentacionis recedunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt et a sol
licitudinib et divitiis et voluptatib vite euntes
suffocant et non referunt fructum. Quod autem in
bonam terram. hi sunt qui in bono corde et optimo
audientes verbum dei retinent et fructum afferunt in
patientia Offertorium Perfice gressus meos in semitis tuis ut non
moveantur vestigia mea inclina aurem tuam et exaudi verba
mea mirifica misericordias tuas qui salvos facis sperantes in te domine
Oblatum tibi domine sacrificium vivificet nos semper et munerat. Communio Introibo ad altare dei ad de
um qui letificat iuventutem meam Postcomunio Supplices
te rogamus omnipotens deus ut quos tuis reficis sacramentis
tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas
Deus michi in deum protectorem et in Dominica in
locum refugii ut salvum me facias quoniam firmamentum
meum et refugium meum es tu et propter nomen tuum dux
michi eris et enutries me Ps. Nec domine speravi non confundar
in eternum in iustitia tua libera me in meditate. Collecta
Deus misericordiarum qui domine clemenciam exaudi accipe de
precor vinculis absolutos ab omni nos de